
Acidum occultum, fit
manifestum.

CAPVT XIII.

SANO in ventriculo inhabitat
Acidum *a* volatile, nunquam
deficiens, cuius beneficio ali-
menta, quæ omnia nullo exce-
pto alcali volatilis sunt plena,
(vt postea ostendam) in chilum
vel succum primò acedentem,
& paulatim in salsum, id est ma-
turum, vertat & transmutat. Hoc
acidum habeatne ex se, aut a-
liunde, non est huius loci. Qui-
dam tamen scriptor illud satis in-
digitat; sufficit vt aciditatem ad
oculum demonstrarem, primò au-
thoritate, & deinde experientiâ.

Hippocrates inquit, *b* in lon-
gis lenitatibus intestinorum si ru-
betus acidus superveniat, qui
prius non erat, bonum. Id sonat:
rediit stomacho aciditas, quo-
cum cibum in chilum, vel suc-

a Ignis
(Hipp.)
sibi soli suf-
ficiens, non
est : hinc
appetiturum
alimenta-
rium : Al-
calia enim
sunt, vt in
progressu
parebit.

b. 6. Aph.

cum vitalem transmutat, tunc
 necessariò redibit etiam sanitas.
 Hinc falsaturæ omnes, atque ci-
 borum condimenta, ad acuen-
 dum appetitum acida sunt, vt suc-
 cus citri, granati, aurantij, om-
 phacij, tartarus, pampina vitis,
 & similia, quæ tamen omnia in-
 ter se magnam habent differen-
 tiam, de quibus differere, ad
 euitandam prolixitatem superse-
 deo. Vide cap. 10.

*Acidi suc-
 ci inter se
 differunt.*

*Huius acidi amissi restituendi
 gratiâ, in morbis instituerunt
 veteres syrupos acidos, oxisacha-
 ra, acetum aquâ mixtum & si-
 milia, quorum beneficio stoma-
 chus debilis reficeretur, ne ali-
 mentum, vt vt paucum assump-
 tum, simplici tepore putresceret;
 quod tamen à paucis animaduer-
 titur, præsertim ab iis qui pu-
 trefactionem & chilificatio-
 nem idem esse sibi persuadent.
 Memor quidam ex noua secta,
 qui non infimus sibi videtur;
 febricitanti acida valdè appeten-
 ti, sub pæna mortis prohibuit.*

Hippocrates Chymicus. 83

succum limonum, vt crudum, cui præscripsit syrupum acetosum simplicem; mirabar, quòd acetum cum sacharo coctum pro alterante concesserat, succum verò limonum in cibo, non! Qui respondens eleuatâ voce; quòd Iuleb acetosus, ex aqua & sacharo conficeretur. De hoc medico loquitur meus Hippocrates a *Si constitutionem ab initio non cognoscet, & id quod in corpore dominatur, non poterit ea que homini conducunt offerre.* Redit autem stomacho acidum, à longo morbo pressum, aut spontè aut ingeniosi medici arte.

a Libro i.
de dieta.

Vt autem ab experientia dictum acidum cognoscamus, bibet sanus quisquam ieiunè lactis haustum, & illicò istud reuomet, tunc acidum lingua percipiet, videbitque lac in reditu, semi-caseatum, quasi acetum illi inspersum fuisset (simile ferè acidum reperitur in natura, obstetriciâ manu, quod in vitro omne alimentum quatuor vel quin-

*Principia
naturalia
qui ignorat,
non habet
radicem ve-
ram, super
quam in-
centrationem
suam fun-
dat. Geber.*

que horis, admoto simplici ca-
lore, in lacteum chilum ex aci-
do salsum transmutat, iucundo
spectaculo; quod ad oculum
cuilibet id expetenti demonstra-
re possum, hinc nihilominus ap-
ponendum ratio dissuadet) hu-
ius obscuri gratissimi tamen aci-
di ope, colligatur & coercetur
viperinum alcali ad suos fines.

Sed nullus sapor coagulat lac,
nisi acidus, quod in triplici est
genere.

Primò in *ventriculo sano* om-
nium animalium viuentium,
tunc simpliciter acido coagula-
tur, sed in ipsa coagulatione im-
primatur necesse est, vitali vir-
tute ipsius animalis, quæ quam-
vis in acido cõsistat, differt tamen
à quouis acido, *a* & tunc chili-
ficatur, & in alimentum recipi-
tur: in cane induit canis naturam
b &c. Hanc tamen Hippocrati-
cam doctrinam, cum non sit hu-
ius loci, indigitasse sufficit.

Secundò in stomacho ægro-
tantium animalium, tunc acef-
cit

*a Res ad-
miranda!*

*b Instru-
mentum
vitale est
acidum, est
& vin-
culum Re-
toris cum*

Hippocrates Chymicus. 85

cit quidem lac, sed non imprimitur vitali caractere, propterea aciditas fit putrefactiva, quæ non nutrit, sed malum auget: Hinc Hippocr. meus *a* in diuersis febribus (non in omnibus, ut vult quorundam turba) lactis usum prohibet.

corpore his
semel pro
semper retin-
gisse suffi-
cit.

a s. Aphæ
65.

Tertio coagulatur lac manifestis, & omnibus acidis vel ex *minerale classe*, ut sunt fontes acidulæ, vitriolum in substantia, spiritus vitrioli, sulphuris, salis, nitri; vel coagulatur *animalium parte unicâ & solâ*, ventriculo inquam omnium, & nullâ aliâ parte; pro signo, quod perceptibile acidum in reliquis partibus non admittitur, & si casu irrepserit, fit morbosum & exitiale. Sanis itaque ventriculis saltem inhabitat acidum, quod quia lac generaliter coagulat, à Dioscoride *coagulum*, & vulgò in Italia *conaglio* appellatur. Imò omnium auium ventriculi, habent dictum acidum tam potens, ut nisi frequenter arenulas, vel la-

Lactis co-
agulata di-
uersa.

Coagu-
lum quid
sit?

rerum fragmenta edant, quo illud refrænent, superabundans acidum labitur illis ex stomacho, & reliquas digestiones turbat; vnde Atrophiam patiuntur, & non pinguescunt: vel coagulat *vegetabilium succis*; vt limonum, aurantium, berberum, aceto & quicquid acidum spirat.

*Acidum
& alcali in
lacte.*

Lac etiam sponte acescit, (sicut reliqui succi tam *vegetabilium* quam animalium, cum in putrefactionem tendunt, imo nihil putrere, neque generari potest noui, nisi præcedat aciditas,) & tunc etiam coagulatur, serumque separatur; quod occultum gerit alcali volatile cuius ratione refrigerat, vt suo loco ostendetur.

Hæc ambæ facultates in lacte sano latent occultè; ideòque occultum etiam salsum in lacte conficiunt; hæc est causa quod sal cuiuscunque sit generis, aut naturale, aut artificiale lacti nihil nocet. Imò ipse Mercurius

Hippocrates Chymicus. 87

sublimatus compositus ex acidis mineralibus supradictis, vitriolo nimirum, nitro & sale, quorum acidum ab argento viuo, vt alcali, absorptus, in excellens falsum mutatur; lacti nullum damnum infert. Hinc patet falsa quidem dissoluere, mucilagino-
Salsa, lac non constringunt.

Calculus resoluit & componit pro maiori lumine.

CAPVT XIII.

Dixi præcedenti capitulo, perceptibile, vel manifestè acidum extra stomachum esse morbosum, hancque assertionem calculi compositio docet, quem pro maiori lumine mechanice resoluam & iterum componam. Accipe calculum de ve-

Calculi analysis.

H ij